

autem Ananias haec verba cecidit, & expiravit, Actorum 5. num. 4. Iniquitas Anania magna extitit, tamen graui, & inopinata Petri increpatione percussus, quod mentitus esset, sic verecundia, ac pudore affectus est, vt animam exhalauerit, Deo sic disponente in sui peccati poenam. Origenes homil. 8. in Matth. Puto autem, ait, quoniam audiens Ananias haec verba ideo cadens expiravit, quoniam non sustinuit arguitionem Petri: cur tentauit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto.

Origenes

114.

Psal. 106. Pagnin. Iniquitas obtruras os, & non fuit loquus. Matth. 26.

Matth. 26.

Alienus à crimine valde confusus. Albert. Mag.

Ioan. 6.

Tertiò. Cùm Iudæi de mendacio arguuntur, mendacisque nuncupantur, tacent, & non respondent, eorum iniquitas obturabat os, ne quid diceret ac respondere auderent, omnis iniquitas opprobriabit os suum, Psal. 106. num. 42. Pagnin. omnis iniquitas clausit os suum. Cùm Christus D. in vltima Coena prædixisset, quod vnus ex discipulis eum erat traditurus: Respondens autem Iudas, qui tradidit eum, dixit: Numquid ego sum Rabbi? Tunc ait illi Iesus: Tu dixisti, Matth. 26. num. 25. Tunc Iudas silet, & nec verbum profert. Cùm autem Christus dixisset Petro: Amen dico tibi, quia in hac nocte, antequam galus cantet, ter me negabis. Statim Petrus multo feruore respondit: Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo, Matth. 26. num. 35. Quid est, Iudas tacet; at Petrus statim profiliit, ac respondet: Iudas iam sui criminis consciens erat, ac venditionem sui Magistri cum Iudæis pertractauerat; & ideo obmutescit, & altè comprimit os. At Petrus pro tunc in cœnaculo nihil de negatione Magistri cogitauerat, cum à crimine modo alienus extaret multo animo concepto, iactanter respondet, & asseuerat: Si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Albertus Magnus: Verbum Petri, ait, nec est mendacium, nec temeritas, sed feruor dilectionis. Accepit fiduciam ab eo, quod Ioan. 6. quod multis retro abentibus ipse tunc præstiterat, putabat se in æternum non commouendum.

Ioan. 8. n. 56. Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum: vidit, & gauisus est. Num. 57. Dixerunt ergo Iudæi ad eum: quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti?

VERSIONES.

Syriac. n. 56. Abraham pater vester desiderabat Arabicus. Desiderauit videre. D. Prosper p. 1. Concupiuit videre diem meum. cap. 17. Syriac. n. 27. Nondum quinquaginta annos natus es.

EXPOSITIO VIII.

OSTQVAM Christus à se exclusit iactantiæ opinionem, Iudæorum iactantiam reprimat, ostendens eos veros filios Abraham non esse, de quo tantum ipsi gloriabantur, siquidem vt notarunt Chrysostrus, Ammonius, de eius præsentia Abraham maxime gauisus est,

115.

Chrysostr. Ammon.

de qua illi tristatur. Veri enim filij Abraham Christi aduentu multa læticia sunt perfusi, vt pastores in nocte natiuitatis, & spiritus Maria exultauit, vt ponderat D. Irenæus lib. 4. cap. 15. Descendente, ait, quidem exultatione Abraham in eos, qui erant ex semine eius, euigilantes, & videntes Christum, & credentes ei. Deinde probat Christus se esse maiorem Abrahamo, vt aduertunt Euthymius, Theophylactus; nam Abrahamus magnopere optauit videre diem eius, vt prore sui maioris, ac redemptoris, quo responderet ad illud, quod dixerunt supra num. 53. Numquid tu maior es patre nostro Abraham?

Vert. filij Abrahæ exultant Christi præsentia. D. Iren.

Euthym. Theophyl.

116.

Abraham pater vester. De quo maxime gloriari iudæi: Non ait pater noster, quia ipso Abrahamo se ostendebat maiorem, & quia habebat alium parentem, scilicet Deum, ad quem omnia referebat. Supra vers. 54. & 55. Exultauit. Vehementi, ac flagranti desiderio præoptauit, vt etiam motibus, ac gestibus corporis declararet; videre diem meum. Hunc scilicet tempus mei aduentus, quo ego filius Dei, ex semine eius secundum carnem natus mundo apparui, ac redemptoris meum munus adimpleo, mysteriumque salutis generis humani operor, ex phrasi Hebraica, totum vitæ tempus dies nuncupatur. De quo quæstione sequenti. Vidit. Huic tanto desiderio Abraham satisfactum est, non quandiu ipse in carne vixit, sed post multa sæcula quando ego natus sum secundum carnem in mundo, tunc anima eius existens in limbo vidit, & cognouit meum aduentum, ac præsentiam, non fide tantum, vt prophetica reuelatione, sed per speciem infusam, non solum abstractiue, sed potius intuitiue. De quo quæstione 19. Et gauisus est, maximopere vt vidit, & agnouit, tum quia Christi aduentu, ipsi, ac cæteris iustis in limbo agentibus dabitur aditus ad caelestem patriam, ac Dei visionem, tum etiam quia posteris ipsius ac omnibus mortalibus patefit ianua ad iustitiam, ac salutem æternam.

Magna Abrahæ exultatio.

117. Theophyl.

Dixerunt ergo Iudæi ad eum. Theophylactus: Iudæi non poterant, ait, perungere ad sublimitatem dictorum, neque dignabantur interrogare, vel discere quis esset dies ille, quem vidit Abraham: imò irrident eum, vt insania quadam loquente. Dicunt ipsi: Quinquaginta annos nondum habes. Quinquaginta annos expriment, non quod Iesus annum quinquagesimum attigisset, cum tantum trigessimum tertium expleret; sed vt maiori numero obiecto efficacius in Christi verba insurgerent, ac sermonem eius refutarent, quod Abrahamo ante bis mille annos emortuo se æqualem fecisset, cum nondum quinquagenarius existeret.

QUESTIO XVIII.

Quisnam sit iste dies Domini, quem Abrahamus videns exultauit.

PRIMO D. Augustinus tract. 43. D. Hieronymus in cap. 8. Daniel. D. Gregorius homil. in Euangel. Beda, D. Thom. D. Bonau. Carthusian. Hugo, Caietan. & alij interpretantur intelligi hunc diem æternitatis, quo ab æterno Filius à Patre est genitus; vehementer optauerat Abraham hanc meam æternam generationem, ac diuinitatem cognoscere, vt eam crederet, & per eam salutem consequeretur æternam. Vidit, inquit D. Augustinus,

118. August. Hieron. Gregor. Beda. D. Thom. Bonau. Carthul. Hugo. Caietan.

QUESTIO XIV.

Quomodo Abrahamus viderit diem Domini, de quo gauisus est?

PRIMO Sancti Patres communiter dicunt, quod viderit diem natiuitatis Domini figura, typo ac cognitione prophetica; At desideria antiquorum Patrum non tantum ferebantur ad figuras, ac cognitiones propheticas, sed etiam præcipue ad ipsam Christi præsentiam, & existentiam. Sic Christus Dominus dixit suis discipulis. Multi propheta, & reges voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt, Luc. 10. num. 24. Voluerunt videre non tantum spiritu, & reuelatione; sed etiam oculis corporeis, vt vos videtis, & corroboratur hic sensus ex antecedentibus verbis: Beati oculi, qui vident quæ vos videtis. Vbi sermo est de oculis corporalibus.

123.

Luc. 10.

Secundò communiter Recentiores. Maldonatus, Salmeiron, Barradas, Lucas Burgenf. dicunt quod Abrahamus in limbo Patrum constitutus agnouerit Christum natum ex relatione alicuius animæ sanctæ è corpore exeuntis, & in illum finem demigrantis; v. g. S. Simeonis; vel ex reuelatione Angelorum, qui sicut Pastoribus, ita & sanctis illis Patribus felicissimum Domini natalem euangelizauerunt: & tunc Abrahamus gauisus est de Christo iam nato, quem antea sperabat nasciturum, & sperando exultabat, & quamuis aliqui ex his Doctoribus dicant nullum inuenisse huius interpretationis antiquum auctorem, eam tamen expresse docet D. Cyrillus Alexandrin. lib. 6. in Ioan. cap. 11. Abraham, ait, vidit diem Domini, Quando iam in placida sanctorum Patrum requie positus cognouit filium Dei esse incarnatum. Et post pauca subdit: Id quidem cognouit Abraham completum esse per resurrectionem iusti Simonis, qui post Dominum susceptum in vltis, requieuit in pace, & intrinsece sanctis Patribus eum natum, aut per denuntiationem Angelorum sanctos Patres visitantissimè sapiens. Et postea subdit: Cum itaque editus est in mundum virgineo partu Dominus noster, quis addubitauerit, Angelos antiquis illis Patribus annunciasse saluatoris ortum: sicut & in terris nuntiauerunt Pastoribus; & tunc sanè Abraham vidit diem Domini.

124.

Maldonat. Salmeiron. Barrad.

Abraham agnouit ex reuelatione.

Cyrril.

Dicam tamen quod mihi probabilius est. Quod Abrahamus residens in limbo agnouit tempus, & diem, quo Christus est incarnatus, & natus non tantum per relationem aliquorum iustorum, v. g. Annæ prophetillæ, seu per reuelationem Angelorum, sed etiam per cognitionem claram, & intuitiuam, hoc enim in sua propria, & rigorosa significatione significat illud verbū, Vidit, Abrahamo ergo in limbo constituto infudit Deus quandam speciem, per quam cognouit non solum abstractiue, sed etiam intuitiue Christum natum. Sicut anima Christi, ac Angeli per speciem inditam, vident intuitiue, quæ sunt in terra, & quæ sunt sub terra; sicut & B. Theresia vidit animam cuiusdam viri in Purgatorio, & Sanctus Franciscus Xauerius nostros Lusitanos pugnantes cum Indiis in loco valde distanti, sic Abrahamus è limbo vidit Christum natum, & eximia læticia gauisus est.

125.

Propria sententia.

gult. Diem meum, quia mysterium Trinitatis agnouit. Hunc autem diem astuunt esse illum, quo Abrahamus tres Angelos apparentes hospicio suscipiens vnus tantum loquentem habuit, & tunc quasi per symbolum illis reuelatum est mysterium Trinitatis, tres enim vidit, & vnus adorauit. Genes. 18. num. 2.

Genes. 18.

119. August. Iren. Cyrill. Bernard.

Secundò Idem D. August. D. Irenæus lib. 4. cap. 15. D. Cyrillus Alexandrin. lib. 6. c. 11. D. Bernard. lect. 6. de vigil. Natiuit. qui hunc diem referunt ad diem Incarnat. quando post nouem menses Christus natus, tunc omnes propheta, ac patriarchæ summo gaudio exultarunt: cum vehementer desiderarent Verbi incarnationem, ac Christi aduentum, vt à peccatis, ac limbo liberarentur; dicitur autè peculiariter, quod Abraham exultauerit, quia etat caput, ac pater totius populi, & ad hunc Christi aduentum respexit ille, quando manu admota fœmori adiurauit feruum suum significans ex suo fœmore Christum nasciturum. Genes. 24. num. 2.

Genes. 24.

120. Chrysostr.

Genes. 22. Prosper.

Tertiò. D. Chrysostr. hom. 54. Diem meum, ait, hoc in loco crucem mihi significare videtur, quem diem in arietis oblationem: & in Isaac. Abraham præfigurauit. Genes. 22. num. 10. & 18. D. Prosper part. 4. de Prædicationibus c. 17. Abraham pater vester concupiuit videre diem meum, & vidit, & gauisus est: diem scilicet Passionis filij Dei in suo filio figuratum vidit Abraham, quod vnico filio non pepercit: quod velut ad aram crucis triduo cum infanti victima conualuit. Idem docent D. Ambros. lib. 5. de Abraham, c. 8. Basil. Seleuc. orat. 32. Ammonius, Leontius, Euthym. Theophylactus. qui interpretantur diem Christi, diem Passionis, ac mortis, quem diem maxime optauit videre, & prophetica reuelatione ipsum vidit præfiguratum in holocausto filij sui Isaac, & quamuis nihil in humanis rebus nati acerbius morte contingere poterat, tamen gaudio exultauit ob redemptionem humani generis. Euthymius, Gauisus est Abraham propter salutem mundi.

Ambros. Basil. Seleuc. Ammonius. Leont. Euthym. Theophyl.

121. Euchar.

Quartò. D. Euchar. in cap. 28. Genes. Vidit Abraham diem Domini, quando futurum aspexit mysterium sacramenti, vnde & pedes eorum lauit, vt in extremo mundi, lauari purificationem demonstraret futuram, pedes enim nouissima significat. Quando ergo Abraham lauit Angelorum pedes in specie iuuenum apparentium, ibi in typo agnouit arcanum, quo Christus in lauacrum generis humani suorum pedes abluuit, Quintò Turrianus lib. 8. Const. Clementis, cap. 12. num. 3. Diem suum, ait, vocauit Dominus diem Resurrectionis, quia fuit resurrectio quædam, noua eius natiuitas. Christum ostendit Deus Pater Abraham in Isaac à morte ad vitam reuocato, & diem resurrectionis Christi ostendit in die illo liberationis Isaac.

Turrianus.

122. Maldonat. Lucas Burg.

Sextò. Maldonatus, Lucas Burgenf. docent per diem Christi significari diem aduentus sui in mundum, totumque vitæ tempus, quo in hoc sæculo vixit; nam ex idiomate Hebræorum dies alicuius denotat spacium vitæ ipsius, sic etiam, vt moraliter dicat, totus discursus vitæ Christi ob eius eximium amorem dies dicitur. Secunda sententia, & hæc sexta mihi videtur probabilior, nã Christus loquitur hic de se vt homine, pro vt etiam maior etat Abrahamo, ad quod hæc Christi sententia respicit. Et cum autem dicat, in præterito vidit & gauisus est, ad actiones præteritas suæ natiuitatis, ac vitæ referuntur.

126. Sic etiam olim Abrahamus cum in promissione accepisset Christum Dominum eximia iucunditate lætatus est. Cum enim illi dixisset Deus ex illa, scilicet Sarai, dabo tibi filium, cui benedicturus sum. Ait textus: *cecidit Abraham in faciem suam, & risit*, Genes. 17. num. 17. D. Ambros. lib. 2. de Abraham, cap. 11. *Risus, ait, lætitiæ declaratur viri iusti, qui tantis gratulabatur promissis*. Et iure quidem, in solo enim Iesu vera solida, ac permanens lætitia.

Ait Christus Dominus suis discipulis in vltima cœna: *Ierum videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis*, Ioan. 16 n. 22. Expende verbum, *gaudebit cor vestrum, & nemo tollet à vobis*. Duo prædicuntur, gaudium in corde, & quod nemo illud auferet; gaudia, quæ à creaturis pululant, corda nõ penetrant, nec ibi radicantur, sed facillè expelluntur, vnde & gaudia mundi tantum in facie, ac super facie describuntur. In hilaritate vultus regis, Proverb. 16. num. 15. At gaudia Iesus in intima cordis replent, & ibi perpetuo durant. Rupertus. lib. 12. in Ioan. *Et gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum certum, & verum nemo tollet à vobis. Quod si corpus occiderint, sic quoque, cor vestrum gaudebit, quia gaudium vestrum non in carne, quæ potest occidi, sed in corde, vel anima, quam persecutor occidere non potest repositum erit, vestrum igitur gaudium nemo tollet à vobis.*

127. Ait Christus Dominus suis discipulis in vltima cœna: *Ierum videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis*, Ioan. 16 n. 22. Expende verbum, *gaudebit cor vestrum, & nemo tollet à vobis*. Duo prædicuntur, gaudium in corde, & quod nemo illud auferet; gaudia, quæ à creaturis pululant, corda nõ penetrant, nec ibi radicantur, sed facillè expelluntur, vnde & gaudia mundi tantum in facie, ac super facie describuntur. In hilaritate vultus regis, Proverb. 16. num. 15. At gaudia Iesus in intima cordis replent, & ibi perpetuo durant. Rupertus. lib. 12. in Ioan. *Et gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum certum, & verum nemo tollet à vobis. Quod si corpus occiderint, sic quoque, cor vestrum gaudebit, quia gaudium vestrum non in carne, quæ potest occidi, sed in corde, vel anima, quam persecutor occidere non potest repositum erit, vestrum igitur gaudium nemo tollet à vobis.*

QVÆSTIO XX.

Quare Iudæi, Quinquaginta annos dixerunt, & valde incongruè loquuntur?

128. **D**VAS difficultates inuoluit præfens quæstio. Prima est, quare quinquaginta annos dixerunt? Secunda quàm incongrua fuerit Iudæorum locutio. Ad primam difficultatem D. Irenæus lib. 2. cap. 14. existimat Iudæos sic locutos, quia Christus iam tunc temporis quadagesimum annum excesserat, & quinquagesimum adhuc non attigerat, ait enim Christum in terris ad annos vixisse 50. D. Chrysostr. Euthym. legunt quadraginta annos, communiter tamen Codices Latini, Græci, Syriaci, Arabici legunt *quinquaginta*. Vnde Seuerus Antiochenus in Catena Græca, cui fauet D. Thomas, inquit, quod idem est, ac si Iudæi dicerent. Tu o Iesu nondum excessisti spatium vnius iubilæi, seu sæculi, & Abraham vidisti? Nam iubilæus incedebat anno quinquagesimo. Tertio Euthym. ait, Putabant eum quinquagenarium, propter multam eius peritiam, & experientiam. Quarto Lyranus: Propter labores, & ieiunia videbatur Christus longè maioris ætatis, quàm esset. Quinto. Multorum est opinio, quod Christus Dominus propter labores prædicandi, & docendi, sic affectus erat corpore, vt prope quinquagenarius videretur. Germana solutio ea est, quod Iudæi, illum terminum ætatis Christi assignarunt, ad quem certo sciebant eum non peruenire, ne fortè si dixissent: quadraginta, errarent, & à Christo redarguerentur. Sic ait Caietanus: *vt in tuto loquerentur*. Deinde vt validius contra Christum formarent argumentum, cum ei multo plures annos concederent, quàm eos, quos ille habebat, & tamen Abraham videre non poterat.

129. Secunda difficultas, quàm inepta fuerit Iudæorum responsio; dixerunt enim *quinquaginta annos*

nondum habes, & Abraham vidisti? Legitima consequentia dicendum erat; quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidit diem tuum; nam Christus non asseruit se vidisse Abrahamum, sed potius Abrahamum vidisse diem suum. Quomodo hi, qui magistri, ac doctores legis erant, tam inepte, & incongrue loquuntur? At Iudæi pro eodem acceperunt videri ab Abraham, & illum videre. Ammonius ait, quod Iudæorum oratio propter eorum stoliditatem insulsa profusa fuerit. Dicam etiam quod Iudæi inuertunt orationem, ac si Christus dixisset, quod ipse viderit Abraham, hoc enim maiorem eis præbebat occasionem, vt aduersus Christum obloquerentur, ac obmurmurarent, & hi impij Iudæi non dubitarunt in notam insipientium absque consequentia loquentium incurere, dummodo maior eis daretur occasio ad calumniandum, ac detrahendum Christum Dominum. Tale est multorum ingenium, qui sibi vnam notam non reculant, dummodo alij multas imponant.

Reuersi sunt ad populum exploratores illi terre promissionis, asserentes se terram illam non posse obtinere; ac dicentes. *Terra, quam instrauimus, denorat habitatores suos: populus, quem aspeximus, proceræ stature est. Ibi vidimus monstra quedam filiorum Enac de genere Giganteo: quibus comparati, quasi locustæ videbamur*. Numer. 13. vers. 33. Quomodo viri isti tantam timiditatem, ac debilitatem de se constituerunt? viderant quot mirabilia pro eorum defensione Deus esset operatus, ex quibus certi fiebant, quod in illam terram introducerentur, sed omisso hoc superiori motiuo, etiam politica ratione, quomodo isti exploratores tantam infirmitatem de se testantur, cum hi essent duces, qui multo robore præclara facinora ediderunt, ac contra Amalech valde pugnaverunt? cur sic eorum animus eneruatur, vt se locustis comparent, & alios esse gigantes aperta voce protestentur? præcipue quia amplificando supra veritatem hæc dixerunt, vt adnotarunt Lyran. Abulensis, Carthusianus & alij, non enim erant homines illi tam proceræ stature, vt illi asseruerunt; Intendebant isti Moysen, & Aaron calumniare, eo quod eos induxisset in vastam illam solitudinem, non ergo refugiunt sibi vnum infirmitatis defectum adscribere, vt mille obmuturationes in Moysen infligant, quod eos neque perturbauerit, ac inquietauerit vt ad mortis locum perduceret. Pro quo expendi, quod exploratores pro vna tantum vice suam infirmitatem declararunt. At contra Moysen, & Aaron per totam noctem mille calumnias iacularunt. *Igitur vociferans omnis turba fleuit nocte illa, & murmurati sunt contra Moysen, & Aaron*. Numer. 14. num. 1.

Multis præpositis vtget Aman regem Assueorum, vt Iudæorum necis exeat decretum; aitque ei. *Si tibi placet, decerne, vt pereant, & decem millia talentorum appendam arcaus gaze tue*. Ester. 3. n. 9. Offerit Regi ex re sua, vt nõ est improbable. Vnde ait Caietanus, *quasi emere volebat Iudæorum vitam decem millibus talentorum*, quæ talenta si Hebræa erant, efficiebant summam decem millionum aureorum. Quomodo Aman homo ambitiosus, & miser tantam auri copiam pendere volebat, quod sine dubio erat dimidium, vel plus suarum rerum? Adeo iniquus, & peruersus erat Aman, vt eligeret dimidietatem bonorum suorum profundere, dummodo alij omnia bona sua, vitam, ac honorem perderent.

Inepta Iudæorum locutio

Ammon.

Impius in se vnum defectum, non reuertit ut in aliis multis imponat.

130.

Numer. 16.

Lyranus. Abulens. Carthus.

Exploratores sibi detrahi, ut alius contra Moysen obmurmurarent.

Numer. 14.

131.

Ester. 3.

Caietan.

Aman dat dimidietatem bonorum, vt alij omnia deperdant.

Ioan.

131. Dixit eis Iesus: Amen amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum.

Num. 59. Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum: Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo.

VERSIONES.

Pagnin. n. 58. Antequam Abraham nasceretur, ego sum.

Agobardus episcopus.

Lugdunel. ad Ante Abraham ego sum.

Ludovic.

Vatablus n. 50. Tollebant ergo lapides.

Syriacus. Et sustulerunt lapides, vt obruerent eum: Iesus vero abdidit se, & exiuit de templo, transiitque per medium eorum, & abiit.

Euthymius. Iesus autem occultatus est, & exiuit de templo, pertransiens per medium illorum, & ita præteribat.

D. Chrysostr. hom. 54. Aceperunt lapides, vt iacerent in eum, fugit ergo iterum Iesus.

EXPOSITIO IX.

132. **D**IXIT eis Iesus: Christo Domino obiecerunt Iudæi, *Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti?* Respondet Christus se largissime potuisse videre Abrahamum, cum multo antiquior sit Abrahamo, vt pote æternus, sine vlla mensura temporis, & omnis mutationis expertus. *Antequam Abraham fieret, Nasceretur, seu in rerum natura existeret*. Et non dixit ante omnia sæcula, sed ante Abraham, de illo enim tantum profecerat quæstio, & facta fuit ad proposita, & non vltra respondere: *Ego sum*, ab æterno scilicet. Tria in hoc verbo ponderanda sunt. De Abraham, ait, *fieret*, quia factus est, quod est proprium creaturæ; de se vero ait: *sum*, quia Christus secundum diuinitatem est, qui est, Exod. 3. quod ponderauit D. August. tract. 43. *Intellige, ait, fieret, ad humanam facturam: sum, vero ad diuinam pertinere substantiam*: quod etiam adnotarunt omnes Leontius, Beda, Theophylactus, Euthymius, Rupert. D. Bonau. & alij. Secundo ait Christus: *Ego sum*. Cum tamen consequuntur ad verbum antecedens, *Antequam Abraham fieret*. Videbatur dicendum. Ego eram. Recte Chrysostr. homil. 54. *quemadmodum, ait, Pater hoc verbo, sum, vtitur, ita & Iesus*. Hoc verbum, *sum*, proprium est deitatis, quæ habet existentiam per essentiam, & sicut Deus Pater hoc verbo vtitur, ita & Iesus; quilibet ex loquendi modo cognoscitur filius sui Patris. Tertio Non ait Christus: *Ego fui* vel *eram*, sed *sum*. Deo enim, nec est præteritum, nec futurum, sed vnum solum inuariabile præfens

D. Gregorius homil. 18. *Præteritum, & futurum diuinitas non habet, sed semper esse habet: non ait ante Abraham ego fui, sed ante Abraham ego sum*.

Tulerunt ergo lapides, hi, qui tulerunt lapides, non fuerunt, vt existimat Theophylact. illi, de quibus dicitur supra vers. 30. *Qui crediderunt in eum*, Sed sunt alij distincti, vt est communis sententia. Illud, ergo, indicat consequentiam de antecedentibus, illud, *sum*, in verbis Christi intellexerunt Iudæi, quod non solum se maiorem Abrahamo faciebat, sed etiam se verum Deum æternum ostendebat: *tulerunt lapides, vt iacerent in eum*. Syriacus, *Vt obruerent eum*; tanquam blasphemum cum æquaret se Deo, lex blasphemus iubeat lapidari. Leuit. 24. num. 16. *Iesus autem abscondit se*. Illorum furori cedens, & inuisibilem se præstans, vt docent Theodoros Heraclæen sis, Leonius, & Euthym. Theophylactus, Qui ait. *Non in angulum templi se coniecit, nec in domunculam aliquam fugit, neque post parietem, vel columnam, se incurauit, sed sua magna potestate inuisibilem se fecit insidiatoribus, quamuis per medium illorum exiret*. Sicque inuisibilis absconditus est. *Ex exiuit de templo*. D. Chrysostr. *Impleto officio suo cum satis eos admonisset*. Syriacè, & Græcè additur: *Et transiit per medium eorum, & præterit sic*; quod Euthym. ita explicat: *Ambulabat ita non apparens eis: hoc adiectum non habetur in nostro codice Latino, & satis sine illo explicatur res*.

Gregor.

133. Theophyl.

Syriac.

Leuit. 24. Theodor. Euthym. Theophyl.

Chrysostr.

Euthym.

QVÆSTIO XXI.

Quare Iudæi hic currunt ad lapides, & non quando Christus eos flagellis eiecit de templo, vel filios Diaboli nuncupauit?

134. **F**ECIT Iesus Iudæos flagellis de templo, Ioan. 2. num. 15, & nihil ei contradicere ausi sunt, & in hoc præfenti sermone eos filios Diaboli nuncupauit. *Vos ex parte Diaboli estis*. Et tamen contra Dominum tunc non insurgunt, vt modo fecerunt, cum eis dixisset: *Antequam Abraham fieret ego sum*. Quo audito, *tulerunt lapides, vt iacerent in eum*.

Respondet primò D. August. tract. 43. *Iudæi, ait, blasphemare visus est Dominus, quoniam dixit, antequam Abraham fieret, ego sum*. Idem docent D. Chrysostr. Euthym. Theophylact. Glossa Interlineal. Albertus Magn. D. Thom. D. Bonau. Lyran. & alij communiter. Cognouerunt Iudæi, vt ait Euthym. Christum Dominum Dei æternitatem sibi vendicasse, eum ergo tanquam blasphemum lapidibus cadere voluerunt, hæc enim lapidationis pœna huiusmodi criminibus erat proposita. Leuit. 24. num. 16. *Iudæorum durities, & obstinatio contra Deum ad quid se verteret nisi ad saxa*. D. August. citato loco. *Tanta, inquit, duritia, quo curret, nisi ad similes? scilicet lapides*.

Secundò. D. Chrysostr. homil. 54. *Animo enim, ait, desperato nihil peius, quamuis signa, quamuis miracula videat, in eadem præstari pertinacia*. Viderant Dominum multa miracula operantem, ex quibus apertè cognoscere debebant: Ipsum esse verum Deum, verumque Messiam in lege promissum, sed eorum deprauatus animus minime tot, tantisque beneficiis iustescit, sed obstinatio factus

134. Ioan. 2.

Ratio difficultatis.

135. August.

Chrysostr. Euthym. Theophyl.

Glossa. Albertus. D. Thom. Bonauent.

Lyranus.

Leuit. 24.

136. Chrysostr.

De præuato animo minime beneficiis emollescit.